Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





mum electum⁊ sors in templo dominum
accepissima. Honor enim labor glo
rius e fructus⁊ quae non deficiat radix
sapientie. filii autem adulteri in consum
tione erunt⁊ ab injusto thoro semen
exterminabit. Et siquidem longe vite
fuerint. in nichilum reputabuntur⁊ sui
honore erit novissima senectus illor.
Et si celerius defuncti fuerint. non habebit
spem⁊ nec in die agnitionis allocutio
nem. Nationes enim iniquae dure s
ceminationis. IIII.

Quam pulchra e casta gnatio
o cum claritate. Immortalis e
enim memoria illius⁊ quo⁊
apud deum nota e. ⁊ apud homines. Cu
presens e imitantur illam⁊ desiderant
eam cum se celuerit⁊ in perpetuum
coronata triumphat. inconinatorum
certaminum premium vincens. Mul
tigena autem impiorum multitudo non erit
utilis⁊ adulterine plantationes non
dabunt radices altas. nec stabile
fundamentum collocabunt. Et si ramos
interim germinaverint. infirmiter
posite a vento commovebuntur⁊ a vento
erate vehementer evertentur. Confran
gentur enim rami in consummatione⁊
fructus illor inutiles. ⁊ acerbi ad ma
ducandum⁊ ad nichilum apti. Ex im
iquis enim omnes filii generati testes
sunt nequitie adversus parentes
in interrogatione sua. Justus autem si mor
te occupatus fuerit. in refrigerio erit. Se
nectus enim venerabilis e non diu
turna. neque numero annorum computata.
Cani sunt autem sensus hominis⁊ et
etas senectutis vita immaculata. pla
cens deo factus dilectus⁊ vivens in
ter peccatores translatus est. Raptus
e ne malicia mutaret intellectum eius⁊
aut ne fictio malicie deciperet animam
illius. Fascinatio enim nugacitatis ob
scurat bona⁊ inconstantia concupiscen
tie transverti sensum sine malicia. Con
sumatus in breve explevit tempora multa⁊
Placita enim erat deo anima ei⁊
propter hoc festinavit educere illum de me
dio iniquitatum. Populi autem videntes
⁊ non intelligentes. nec ponentes
in corde talia. quoniam gratia dei⁊ mi
sericordia est in sanctos eius⁊ respi
cit electos illius. Condemnat
autem justus mortuus. iniustos impio⁊
⁊ vivens celerius consumata. lon
gam vitam iniusti. Videbunt enim
finem sapientis⁊ non intelligent
quid cogitavit de illo dominus⁊ qui nu
quam recipit illum dominus. Videbunt eum
⁊ despicient eum⁊ illos autem dominus
irridebit. Et erunt post hoc decidentes
sine honore⁊ in contumelia inter
mortuos in perpetuum⁊ quoniam disrum
pet illos inflatos sine voce⁊ commo
vebit illos a fundamentis⁊ et usque
ad supremum desolabuntur. Et erunt ge
mentes⁊ memoria illor peribit. Ve
nient in cogitatione peccatorum suorum ti
midi⁊ traducent illos ex adverso in
iquitates ipsor. V.

Vnt stabunt iusti in magna
constantia adversus eos qui se
angustiaverunt⁊ qui abstu
lerunt labores illor. Videntes turba
buntur timore horribili⁊ mirabili
tur in subitatione insperate salutis⁊
gementes pangustia spiritus. intra
se penitentiam agentes. ⁊ pangentia spi
ritu. Hi sunt quos aliquando ha
buimus in derisu⁊ in similitudinem
improperii. Nos insensati vitam illor
estimabamus insanam⁊ finem
illor sine honore. Ecce quomodo ⁊ computa
ti sunt inter filios dei⁊ inter sanctos
sors illor est. Ergo erravimus a via
veritatis⁊ iustitie lumen non luxit
nobis⁊ sol intelligentie non est ortus
nobis. Lassati sumus in via iniqui
tatis⁊ perditionis⁊ ambulavimus vias
difficiles. viam autem domini ignoravimus.